

prohibitionem omnis talis exactio, quae per verba Do-

etorum jam praedictorum à quibusdam licita probatur

ac repugnatur, absolute prohibetur, imò & Simoniaca

esse censetur, itaque Simoniaca est ad minus de jure po-

sitivo, ut puta, quia prohibita.

Hanc Constitutionem Urbani amplexi Canonici Reg-

ulares Capituli Windesemensis statuerunt: "A Novitiis

nec vestis, nec aliud aliquid exigatur, ne exigens, quod

absit, illius Extravagantis Domini Urbani quae incipit,

NE IN VINEA, poenam incurrat, Parte 3. c. 1.

Canonici Praemonstratenses anno 30. hujus saeculi de-

cernunt: "ut si supplicantes admitti ad Ordine, examinati

& probati, sine Ordinis covenire putentur, exclusa omni

Simonia, & Constitutione Urbani Papae quae incipit, NE

IN VINEA DOMINI &c. integrè observata admittantur."

immemor suae salutis contra fecerit, si officium habu-

erit cum cura animarum, ipso facto sit tali officio priva-

tus, & ad aliquod officium cum praedicta cura in nostro

Ordine nullatenus assumatur, nisi super hoc secum pe-

Capitulum generale fuerit dispensatum, & per quatuor

quennium voce activa & passiva careat. Quicumque

verò Frater subditus inveniatur Simoniam in eodem

casu commississe, eidem poena subiaceat, & poenam gra-

vioris culpae per mentem sustinere cogatur."

CAPUT III.
Media convenientia ad extirpandas pa-

rtiones Simoniacas.

1. Convenit ut amputetur praetextus paupertatis,

2. Non facile admittenda Monasteria non sufficienter do-

3. Sententia S. Caroli super hoc articulo.

4. Votum Christiani Lupi de eodem articulo.

frequenterque in facta, esse se aperit tordida, statui Mona-

stico dedecorosa, imò & graviter perniciofa, ideoque

eliminanda. Quid enim, ait, possit esse faedius, aut perni-

ciosius, quam stipulata pecunia folos opulentos ad Mona-

steria admittere? Quare ob inopiam patientibus & ne-

cessarium fratrum & sororum numerum alere non va-

lentibus Monasteriis, servanda est antiqua, quam Regu-

lae suae S. Benedictus inseruit Patrum lex, ut spontè obla-

tum acciperetur, & nihil penitus exigatur. Quam legem

diversae generales Synodi innovarunt, & usque ad pau-

cos abhinc annos Belgium nostrum observavit sanctissi-

me. Reducenda omnino est illa animi castitas, rogandi-

que Episcopi nostris, ut novis & superfluis, à quibus nobis

oriuntur tantae sordes, praesertim Monialium Monaste-

riis, non sinant suas Ecclesias gravari."

Hae ille in responsione ad quaestionem: Num licita pa-

rtia de dote danda ab ingredientibus Monasterium, cujus

responsionis seu resolutionis originale servatur in Mona-

sterio Carmelitissimum in civitate Aloftana; ejusque co-

piam mihi submisit D. Papenbrochius Ecclesiae Collegia-

tae B. Martini ibidem Praepositus.

V. Alterum remedium eodem colligans subministravit

Concilium Arelatense relatum in Cap. 1. de d. d. d. d.

ut non amplius in Monasterio Canonico-regularium atque Mon-

achorum suscipiantur, seu etiam puellarum, nisi quantum

ratio permittit, & in eodem Monasterio atque necessario-

rum penuria degere possunt.

Hac Canonica disciplina manifestè titulum paupertatis

sive insufficientiam, in justificationem dotalium pacti ad-

ducit solitum, excludit: cum prohibeat admitti plures,

quam ex proventibus Monasterii alii possunt.

VI. Hanc disciplinam innovans Synodus Tridentina,

postquam omnibus Monasteriis utriusque sexus, exceptis

domibus Fratrum S. Francisci Capucinorum, & eorum

qui Minorum de Observantia vocantur, indulsit, ut bona

immobilia in communi possidere eis liceret, subijcit: "In

praedictis autem Monasteriis & domibus tam virorum

quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non

possidentibus, istantum numerus constituatur, ac in po-

sterium conferretur, qui ex redditibus propriis Monaste-

riorum, vel ex consecutis eleemosynis, commode possit su-

stentari: nec de cetero similia loca erigantur sine Epi-

scopi, in cuius Diocesi erigenda sunt, licentia prius ob-

tenta." Sess. 25. cap. 3. De Regularibus.

VII. Ex contextu verborum patet, Synodum voluisse

se suo Decreto generaliter complecti omnia Monasteria,

etiam Ordinum Mendicantium, tametsi immobilia possi-

dere nequeant, sed ex solis eleemosynis vivant." Neque ob-

stat (ait Fagnanus ad citata n. Cap. 1. n. 13.) impossibili-

tas taxationis, quoniam in Monasteriis non possidenti-

bus bona stabilia, fieri potuit taxatio secundum CON-

SUETAS eleemosynas."

VIII. Ulterius contextum Decreti expendenti obscu-

ram non erit, per consuetas eleemosynas ibidem designari

eleemosynas quas Fratres Ordinum Mendicantium à po-

pulo petere & accipere consueverunt, & de quibus penè so-

lis vivunt illi, qui bona stabilia in communi non possident.

Unde Pius V. in Constitutione quae incipit: Cura Pa-

storali 8. in Bull. Rom. dicit, consuetas eleemosynas, quarum

inspecta quantitate, numerus monialium, juxta praescri-

ptum Concilii Tridentini, fingendus est, per Conventus So-

roros extra Monasterium claustra commorantes colligendas

esse, aut si eo modo necessitas monialium provideri

nequeat, Ordinarii locorum, aut eorum Superiores pro-

videant de aliis personis piis & Deo devotis, quae fidelium

eleemosynas colligant. E quibus satis intelligitur, Pium V.

per consuetas eleemosynas, de quibus in Decreto Tridenti-

no, intellexisse eleemosynas, quae oblativae à Fidelibus pe-

tuntur & colliguntur.

Dicimus ergo cum Joanne Wiggerio de Jure & Justi-

tia tract. 7. cap. 4. d. 10. quod nullam habeat probabi-

litatem speciem commentarii ille, quem aliqui faciunt

super verbis Concilii, quod dum dicitur, vel ex consuetis

Van Espen Jus Eccles. P. I.

S 2

eo

eo

